Quelle:
Copyright:

8

Petri ex ord: Coelestin: Processus contra Waldens. in Austria.

168b–193a

Petri, ex Ord: Coelestinorum, Inquisitoris Processus judiciarius adversus Waldenses in Austria. Rubrica est: "Processus inquisitionis ad hereticos baldenses". Incipit: "Ego fr. Petrus provincialis". Est idem scriptum quod jam in Cod: CLXXXIII n. 1. occurrit, licet ordo rerum sit diversus; in praesenti autem procul dubio est melior.

Cod: CCLIII.

Chartac: Fol: Saec 15.

B 3. 1.

1

Socci Sermon: de tempore.

1a–223b

Socci Sermones de tempore, et quidem ut ait titulus asseri antico inscriptus ab invocavit usqs post pentecostes: Primo Sermo incipit: "Hortamur vos ne in vacuum &c Dicit Augustinus quanto". Folio 99. verso legitur: "Explicit pars Socci hyemalis usque ad diem paschae"; porro sequuntur Sermones usque ad festum S. Trinitatis. Quae de origine Socci Sermonum feruntur relegi possunt in Cod: CVIII. n. 1.

2.

Catalogus quorundam authorum.

224a–231b

Catalogus quorundam authorum catholicorum, aliorumve a Dyonisio usque ad Alarum cum annotatione operum abeisdem elucubratorum. Id laude dignum, quod operum verba tum initialia tum finalia adferuntur, quem morem utinam omnes essent secuti authorum opera recensentes.